

antea nupisset. Postmodū cupiens filios linquere successores regni, unum **A**
 ex fratribus Hyperionem uirum sumpsit: ex quo duos peperit liberos, So-
 lem & Lunam. Quorum formam prudētiam que admirantibus singulis, tra-
 dunt fratres prolis inuidia motos, ueritosq; ne quando imperium ad Hyper-
 riona perueniret, scelesto facinore excogitato, fratrem cōmuni consilio ob-
 truncasse, Solem adhuc puerum in flumen Eridanum proiectum suffocātū
 esse. Qua re uulgata, Luna præter modum fratrem diligens, ex tectō se præ-
 cipitauit. Matri quærenti iuxta flumen corpus, cum in somnum incidisset,
 uisum ei per somnium est, a Sole se consolari, rogariq; ne lugeret natorum
 mortem. nam homicidæ meritum essent supplicium passuri: se uerò ac foro-
 rem quadam Dei providentia futuros immortales. nam ignem cœli sacrum
 antea uocatum, Solem ab hominibus appellandum fore: quæ uerò Mena
 prius dicebatur, Lunam. A somno experrecta, quū omnibus tum somniū,
 tum infortunium suum narraffet: filios ut deos coluit, ipsa innupta uiuens.
 Postmodum in insaniam uersa filia, cymbala tympanaq; quatiens, edito so-
 nitu, sparsis crinibus, per patriam errabat. Quo aspectu misero obstupe-
 bant homines. Cum uerò singuli eius dolori miserentur, quidam corpus
 sustinerent, maximo imbre coorto, continuoq; fluminum casu reginam a-
 transtulit, matrem & deam existimauit: & erecta ara, cymbalis ac tympanis
 cæterisq; rebus illius gesta imitatus, sacra illi & deorum honores instituit.
 Huius deæ in Phrygia origo extitisse traditur. Afferunt enim incolæ, Phry-
 giæ Libyæq; regem priscum fuisse Menoem, qui uxorem duxerit Diodyme-
 nem. Ex ea natam foeminam cum nutrire nollent, in montem Cybelum no-
 mine ab se expositam, diuina quadam forte pardalæ aliaq; feræ lacte uber-
 rimè præbito nutrierunt. Hanc mulier quædam pecora pacens cum uidisset,
 facto stupens, infantem tulit, atque a loco Cybelem nominauit. Aucta æ-
 tate, pulchritudine prudentiaq; excellens, mirabili ingenio fuit. Nam &
 fistulam pluribus calamis compactam, & ad lusum choreasq; cymbalum **B**
 tympanum que prior adinuenit. Præterea pecorum puerorumq; mor-
 bis remedia introduxit. Itaque tum propter infantes quibus uerborum
 medicaminibus salutem præbuit, tum quia plurimos ueluti in sinu fo-
 uuit, tum etiam propter diligentiam amoremque singulis præstitum, ma-
 trem ab omnibus dictam ferunt. Amicitiam quoque eius appetisse Mar-
 syam Phrygem, ingenio prudentiaque mirabili. Coniecturam inge-
 nij sumunt, quod uocis sonum multiplicis fistulæ imitatus, ad tibias eam
 harmoniam traduxit: prudentiæ, quod usque ad extremum uitæ finem cœ-
 lebs uixit. Cybele prouecta ætate, adolescentem quendam eius regionis
 Atym nomine dilexit: quem postmodum dixerunt Papam. Cum eo clam-
 coiens, grauida facta est. Quod ut parentes norunt, in regiam accitam, ut
 uirginem pater suscepit. Noto autem filia peccato, & Atym & nutrices in-
 terfici iussit, atque insepultos abijci. Cybelen tum Atys amore, tum dolore
 nutricum percussam, insanam effectam in publicum prodisse ferunt, psal-
 lentemq; cum tympano, solam uniuersam patriam sparsis capillis obambu-
 lante. Huius Marস্যas misertus, sponteq; illam affectus, unā pererrauit, prî-
 stinæ amicitia memor. Cum ad Dionysium in Nisam urbem uenissent, in-
 uenere Apollinem magna exultatione habitum, quod primus diceretur
 citharam reperisse. Orta inter eos artis contentione Nysæos iudices consti-
 tuerunt. Apollo primū cithara simplici usus est, Marস্যas uerò tibij:
 quibus admodum, ut re noua, audientes obstupere. Eo in certamine sonū
 suauitate Apollinem usus est superasse. Ambo astantibus iudicibus cum ar-
 tem quilibet suam præferret, Apollo modulationem cantus ad citharæ su-
 uitatem adiecit: quapropter tibia sonum uisus est excedere, Quod Mar-
 syas